nostri / de semet ipso in posterioribus dicit / ego autem sum uermis et non homo
de futuris autem quasi incertus et trepidus. hoc modo semet ipsum suscitat et dicit.
Inlumina oculos meos. nequando obdormiam in mortem, Incusat autem semet ipsum su
per multitudinem peccatorum hoc modo, et tu propitiaberis peccato meo. multum enim,
Uobis ergo maioribus ista sufficiunt / nobis autem cum his adhibenda sunt etiam alia
medicamenta forciora / et qui possunt destruere quidem adrogantiam / inserere
uero dolorem cordis et animi memorem, recordandae namque sunt nobis mul
titudines peccatorum / recordanda conscientia maculata, quae utique cum sti
mulare nos ceperint / nequaquam elationi adrogantiae locum relinquet, prop
ter quod rogo et deprecor / per illam ipsam quam pro ut tuae merito adquisisti fiduciam.
apud dominum porrigas nobis manum / saepius interpelles dominum pro nobis / ut possimus lugere
nosmet ipsos et peccatorum nostrorum pondus resoluere multitudine lacrimarum,
et ita post haec non semper flendum est. et nihil agendum ad prehendere aliquam
uitam domino placitam et ad caelum ducentem / ne forte cum malis nostris descendamus
in infernum. Ubi nemo est qui confiteatur ei / et ibi patiamur ea quae inpupatiun
tur. cum nullus fuerit iam qui exoret pro nobis; dum enim sumus in hac uita et nostra
nobis subuari possumus et uos potestis in nos conferre beneficia, Cum autem abierimus
[neq; amicus neq; frat]
illuc ubi neque pater idoneus erit ad liberandum eum qui suppliciis deputatur, quomo
do enim qui in luce est / accedet ad eum qui tenebris traditur. Ubi cum nullum sit nobis ex
sanctorum consolatione refrigerium. aeternas tamen expendimus poenas effecti cybus
inextricabilis inmortalibus flammis;

EXPLICIT IOHANNIS EPISCOPI DE CORDIS CONPUNCTIONE. LIB. II. INCIPIT EIUS
DEM DE REPARATIONE LAPSI.

QUIS DABIT CAPITI MEO AQUAM ET OCULIS MEIS
fontem lacrimarum. oportunius multo nunc a me quam tunc a propheta id dicitur
Licet enim non urbes multae nec gens integra lamentanda mihi sit. anima tamen flen
da est multis gentibus nobilior / multisque urbibus praetiosior. Nam si unius qui facit uolunta
tem dei melior est quam multitudo iniquorum, melior ergo et tu eras quondam quam multi
tudines iudeorum, propter quod nemo miretur si forte prolixioribus ego nunc utar
lamentationibus; et amariores profundam fletus. quam tunc propheta profudit, non enim
urbis ut dixi captae excidia defleo / nec uulgi captiuitatem lamento / sed insignis ani
me lapsum et templi in quo christus habitauit excidium, si quis enim ornamenta quodam ani
me tuae nouit / quae nunc diabolica flamma consumsit; Si quis templum corporis tui con
templatus est tunc cum castitatis splendore fulgeret, paruam profecto et ualde inferiorem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0348